

liter si cum incisione, vel aduisione illud exercent; & si sequatur mors fiunt irregulares. n. 172.

74. Sub excommunicatione prohibitus est ingressus fœminarum in Monasteria virorum, & sub mortali. Tract. 15. cap. 5. nu. 176. Reginæ, & filia Regis sub hac prohibitione non comprehenduntur; & valde probabile est eximi etiam Fundatrices, & Patronas. n. 177. Possunt etiam introduci puellæ, quæ nondum septimum annum compleverunt num. 180. Loca omnia, quæ Monasterii septis continentur, & communi porta clauduntur, ut sunt dormitoria, claustra, refectorium, officinæ omnes, &c. in dictis prohibitionibus veniunt nomine clausuræ: secus vero prædia domus rusticæ, aliæque loca a Monasterio separata, vel domus ad recipiendos infirmos, vel hospites deputatæ, non tamen habentes Conventum, & Ecclesiam; Monasteria quoque, & domus in quibus nondum positus est Religiosorum numerus conveniens, sed solum aliqui pro fabrica; & illæ denique domus, in quibus in forma Conventus non vivitur, nec ibi est Ecclesia cum Eucharistia, ad instar aliorum Monasteriorum. n. 181.

75. Chorus, Sacristia, & hortus, si ad hæc loca non sit aditus, nisi transeundo per Monasterium, clausuræ subijciuntur. Horti licet habeant aliam portam, per quam ad eos pateat aditus, abque transitu per Monasterium, nihilominus subijciuntur clausuræ. Probabilis est Sacristiam, & Chorum subijcti clausuræ, etiam habeant portam, per quam ab Ecclesia pateat aditus, si etiam a Monasterio per aliam portam detur ingressus. Tract. 15. cap. 5. nu. 183. Clausura alia est necessaria, nempe dormitorium, refectorium aliæque loca intimiora; alia arbitraria, nempe atrium, viridarium, & reliqua de quibus dubium est, an subijciantur clausuræ. In his Provincialis clausuram indicare, eam auferre, vel variare potest. n. 184.

76. Quando omnes Religiosi a Monasterio egressi sunt, posse fœminas ingredi, probabile est. Quando aliqua pars

Monasterii traditur militibus in hospitium, quoad eam partem censetur subblata clausura, eamque mulieres ingredi possunt. Tract. 15. cap. 5. nu. 185. Ratione necessitatis permittitur mulieribus ingressus in Monasteria virorum, & viris in Monasteria monialium; v.g. ad evadendam mortem, vel manus factitium insequentium, vel ad medendum graviter ægotanti, cui aliter curam non posset. Ratione pietatis sufficit, mulieres ingredi Monasteria virorum; si Processio habeatur; Missa celebretur; Eucharistia ad infirmum deferatur processionaliter; vel aliud quodvis officium piium, & Ecclesiasticum peragatur; & tunc eo loco tantum, & tempore, quo talia officia celebrantur, cessat prohibitio. Si diutius permaneant, vel ad alia loca divertant per notabile tempus peccant mortaliter, tam ipse fœminæ, quam Religiosi eas comitantes; non tamen incurrunt excommunicationem tales mulieres, quia lata est contra indebite ingredientiæ: sicuti nec incurreret mulier, bona fide ingressa, si postea sciens immoraretur, vel ad alia loca progrediretur. n. 186. 187. 188. 189. Peccaret venialiter Prælati per abusionem potestatis, si Processionem, aliudve officium intra clausuram indiceret, eo animo, ut mulieres introduceret, non vero contra præceptum clausuræ. nu. 190.

77. Mulieres Monasteria virorum ingredi audentes, excommunicationem incurrunt summo Pontifici reservatam; eas vero introducere, vel admittere presumptives, tam subditi, quam Prælati incurrunt poenam privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & omnia alia, & suspensionis a Divinis ipso facto. Ab his censuris & poenis incurrendis excusat ignorantia etiam crassa. Poena autem officiorum privationis non incurritur, ante iudicis sententiam, saltem declarativam criminis. Nomine officiorum veniunt illa, quæ jurisdictionem, vel administrationem aliquam cum dignitate, & præcedentia important. Tract. 15. cap. 5. nu.

nu. 191. 192. Mulieres introducere dicitur, qui vel immediate ad ingressum cooperatur, vel ostium aperit, vel eas aliquo modo adjuvat; vel mediate, si consulat, jubeat, vel præcipiat ingressum. Dicitur vero eas admittere qui non impedit, cum ad id ex officio tenetur, ut Prælati, & janitor; vel si ipsas in casibus licitis ingressas diutius detineat; vel extra casus licitos comitetur, vel confabulationibus remoretur. Alii vero si non sint causa longioris moræ, non dicuntur admittere, nec dictas poenas incurrunt. n. 193. A prædicta excommunicatione absolvere possunt Confessarii Regulares ex privilegiis suis, sed pro foro interno tantum, juxta Bullam Clem. X. *Superna*. A suspensione vero, aliisq. poenis, & inhabilitatibus, etiam si publicæ sint, libere absolvere possunt, cum reservatæ non sint. n. 194.

CAPUT IV.

De tribus votis substantialibus.

S. I.

De voto solemnii paupertatis.

78. **P**auptas ad quam ex vi voti tenentur Religiosi, non est una, & eadem apud omnes Religiones, nec in communi, nec in particulari: alia namque sunt incapaces cujuscunque domini, sive in communi, sive in particulari, ut Minores observantes, & Cappucini: alia sunt incapaces in particulari, non autem in communi, ut omnes alia Religiones, juxta ipsarum particularia statuta; per quæ unjusculque capacitas ex jure Canonico competens, vel in omnibus, vel in aliquibus tantum Cœnobis limitatur. Tract. 12. cap. 2. n. 163. 164. 165. Omnes Religiones, exceptis Minoribus de obser-

vantia, & Cappucinis, capaces sunt successione hereditatis, vel ab intestato, vel ex testamento, ex concessione Tridentini. Unde sequitur quod si Religiosi de suis bonis non disponant ante Professionem, Professione secuta, statim eo ipso abique ulla profrenium actione, jure hereditario succedit Monasterium, vel Religio in omnibus bonis, juriis, & actionibus illorum quæcunque illa sint. num. 166. Religiones capaces bonorum immobilium, & successione hereditaria succedunt etiam in majoratibus, quos Religiosi ante Professionem possidebant, vel ad eos post Professionem deveniunt, ipsis viventibus; nisi tacite, vel expresse in eorum fundatione Religiosi excludantur. n. 167.

79. Hæreditas vel legatum Religioso relictum, immediate ad Monasterium, non ad Religiosum pertinet; & sic Monasterium debet illud adire, & illius dominium habere, si capax sit; sin vero transit ad hæredes ab intestato. Tract. 12. cap. 2. nu. 168. Si testator reliquit tam legati quam hæreditatis commoditatem, & etiam proprietatem, & dominium Religioso, sub conditione quod Superior non possit id impedire: probabile est valere legatum, & Monasterio acquiri, rejecta turpi conditione; sed probabilius est caducum esse, & nullum, quia clausula vitiat ipsam legati substantiam. Si testator reliquit Monaco commoditatem, dominium vero Monasterio, (quod semper supponendum est, nisi oppositum constet,) sub conditione quod Superior non possit eam commoditatem auferre: tunc rejecta conditione ut turpi, & impossibili subsistit legatum. Si denique legatum voluntati Superioris relinquatur subiectum, addita clausula: quod si Superior illius usum, & commoditatem denegat Religioso, cesset legatum, & transeat ad subiectum, valer in tali casu legatum, & si Superior denegat Religioso usum, & commoditatem, cessat, & transit ad subiectum. n. 169.

Pp 2

Per

* Quomodo Religio Minorum, Societatis Jesu, & nostra Congr. Hispanica sint, vel non sint capaces hereditatis. Vid. Salmant. tract. 12. cap. 2. n. 170.

80. Per votum solemne paupertatis privatur Religiosi omni jure domini, usufructus, usus rei, possessione, & administratione, prout important aliquid uris, & solum ei conceditur usus facti, seu usus rerum necessarium dependentem a Superioris voluntate. Tract. 12. cap. 2. n. 182. Quod dictum est de incapacitate Religiosorum qui solemnem Professionem emittunt, ad habendum dominium, currit etiam de illis qui simplicem Professionem emittunt. Tract. 12. cap. 2. n. 185. Ex hac incapacitate domini sequitur ex natura sua, non posse Religiosus disponere de aliqua re absque debita licentia, sive per testamentum, sive per codicillum, sive per donationem causa mortis; neque contra hoc prevalere potest aliqua consuetudo, quia hac independentem exercere solum possunt, qui habent dominium. Ex jure autem positivo prohibetur eis testari, aut codicillum facere, etiam de suorum Superiorum licentia, & talis dispositio non solum est illicita, sed etiam invalida; nec possunt Prælati talem licentiam concedere. Verum contra hanc prohibitionem consuetudo prevalere potest. n. 186.

81. Potest Religiosus, cum Prælati licentia, disponere de iis quæ habet ad usum per donationem causa mortis. Illa autem regula generalis: qui non potest testari, non potest donare: intelligitur de eo, qui non potest testari ex defectu ætatis, non vero de prohibito per legem. Tract. 12. cap. 2. n. 187. Prælati promittens subdito se post ejus mortem, res quibus utebatur distributurum, juxta ipsius voluntatem, nec civiliter, nec naturaliter, nec in conscientia promissionem implere tenetur. n. 189. Nequit Religiosus testamentum ante Professionem a se factum, post eam revocare; potest tamen illud in casibus dubiis declarare, declaratione verbis congruenti. Potest etiam in condendo ante Professionem legato de elemosinis distribuentis, vel de aliis operibus piis, sibi referre electionem, seu declarationem post Professionem. n. 190.

82. Religiosi Ordinum militarium in sæculo degentes, tum ex consuetudine, tum ex concessione summorum Pontificum testari possunt, non solum de bonis patrimonialibus, sed etiam de fructibus Commendarum, servatis in hoc sua Religiosis legibus, & consuetudinibus. Quinimmo id etiam licet Equitibus D. Jo. Hierosol. de suorum Superiorum licentia. Sed quia hæc licentia solum requiritur ex vi Regulæ; testamentum sine tali licentia factum validum est. Tract. 12. cap. 2. num. 191. Religiosi vero Clerici Ordinum militarium, intra claustra degentes testari nequeunt, sicut nec alii Religiosi professi; quia votum solemne paupertatis emittunt. Qui vero extra claustra degunt, ex legitima licentia, quam tertio quoque anno petere debent, testari possunt, dummodo singulis annis inventarium faciant, illudque suo Superiori præsentent. n. 192.

83. Sicuti quilibet Religiosus, ex vi voti paupertatis incapax est domini, ita etiam cujuscumque peculii ad nutum Superioris irrevocabilis; immo nec ex licentia Superioris illud habere potest ad omnes usus quoscunque voluerit. Nominem autem peculii veniunt annui redditus, census vitalitii, & quælibet alia bonorum detentio ad usum, successu temporis contingentem. Non obstante prohibitione Tridentini, licet Religiosus ex consuetudine, (quæ jam contra legem prævaluit,) habere peculium concessum a Superiore ex legitima causa ad solos usus honestos, & pios: in illis tamen Religiosis, in quibus talis consuetudo minime viget, non licet Religiosus proprium peculium habere, & peccant mortaliter Prælati licentiam ad illud concedentes: peccat enim quisque contra legem agit, antequam contra eam consuetudo legitime præscribat. Tract. 12. cap. 2. n. 200. 203. Peccaret contra paupertatis votum Religiosus, si Superiori volenti concessum peculium revocare, resisteret, aut paratus non esset illud ad ejus nutum a se abdicare; modo aliunde satis illi provideatur secundum consuetudinem Ordinis, & personæ qualita-

litatem: si enim ex communi penumine sibi prospiciendum sciret, nequam peculium dimittere teneretur. n. 204.

84. In aliquibus Religionibus quidquid acquirit Religiosus, acquirit Monasterio, in quo Professionem emittit, & ejus filiationem habet: in aliis, ut & in nostra semper acquirit Monasterio, in quo non ut Hospes, sed Conventualis residet. Si Religiosus cujuscumque Ordinis eum debitis licentiis ad alium Ordinem transeat, quæcumque bona, quolibet modo ante transitum acquisita, ad primum Ordinem pertinent, tam quoad proprietatem, quam quoad usufructum. Immo in nostra Religione si de uno in alium Conventum Religiosus transferatur, omnia bona ab ipso acquisita ante transitum, pertinent ad priorem Conventum. Idem dicendum de Monialibus quæ transferuntur ad aliud Monasterium, quæ non debent suam afferre dotem, nec peculium proprium quod habebant. Quod si translatio fiat ad utilitatem, & instantiam prioris Monasterii, obligabitur istud ad assignanda alimenta iusticiencia. Tract. 12. cap. 2. num. 205. 206.

85. Religiosus beneficiarius, in casu quo omnino eximitur ab Obedientia Prælatorum, tunc omnia quæ acquirit, non Monasterio sed Ecclesiæ, cui deservit, acquirit, habens plenam administrationem in se, ut ea in pios usus expendat; vel secum deferat si assumatur ad aliam Ecclesiam; quia cum tali conditione ei conceditur administratio. At si Monasterio maneat subditus, acquisita ex rebus Ecclesiæ, & suis operibus sunt ipsius Ecclesiæ cui inservit. Cætera vero quæ ex legato, hereditate, aliove titulo sibi obveniunt, acquirit Monasterio, si istud capax sit successione, aut legati: sin minus, ipsi Ecclesiæ adjudicantur: Post mortem vero talis Religiosus omnia bona sua Camera Apostolicæ applicantur. Tract. 12. cap. 2. n. 207. Verius est, Religiosum ad Episcopatum assumptum non esse dominum bonorum patrimonialium, aut quasi pa-

trrimonialium, vel Ecclesiasticorum, sed esse solummodo administratorem, & dispensatorem habentem jus ad illa distribuenda dum vivit, juxta præscriptum sacrorum Canonum: ac proinde non posse, absque gravi peccato, & onere restitutionis illa expendere inter consanguineos, & amicos, vel in usus profanos: ad quam restitutionem tenentur etiam recipientes. Talium bonorum dominium est apud Ecclesiam in qua degit; habet tamen potestatem ea transferendi ad aliam, ad quam de novo assumitur, vel ea expendendi in quodlibet opus pium. n. 160. 161.

86. Religiosus Apostata omnia acquirit proprio Monasterio, sive per industriam, sive per hereditatem, sive per legatum acquirit. Quod si Monasterium non sit capax hereditatis, vel legati, succedunt hæredes ab intestato ipsius testatoris. Si illegitime in alia Religione se collocaet, & Prælatum eum recipientem sit conficius illegitimi ingressus, adhuc acquirit priori Ordini; nisi forte aliquid contemplatione posterioris Ordinis, vel Monasterii recipiat; hoc enim reputatur, non ipsi, sed Monasterio donatum. Si autem posterior Religio eum bona fide receperit, illi acquirit quantum illius Religiosis acquirit, & ea quæ ex solis rebus posterioris Religiosis, vel ex rebus, & operis simul acquirit; quæ vero ex folis operibus, vel per donationem acquirit, priori Monasterio acquirit. Tract. 12. cap. 2. n. 208. Religiosus iuste, & legitime expulsus habet administrationem bonorum, quæ acquirit ex præsumpta concessione Religiosis, vel Ecclesiæ: de illis tamen testari nequit; nec potest saltem licite ea in usus vanos, & superfluos expendere. n. 209. Dominium bonorum, quæ expulsus acquirit est apud Monasterium, a quo expulsus est: at si post expulsionem assumatur ad Episcopatum, vel beneficium, cedunt Ecclesiæ, ad quam assumptus est. n. 210.

87. Religiosi rerum spiritualium dominium habere possunt; Unde Religiosi beneficiarii dominium, aut quasi dominium

minium suorum beneficiorum habent, & possunt agere nomine proprio, ad eorum dominium, & possessionem recuperandam. Possunt etiam agere super jure eligendi, quod sibi competit; nec non super jure manendi in tali Monasterio, vel in tali officio. Tract. 13. cap. 2. n. 193. Possunt Religiosi accipere, & sibi retinere Reliquias Sanctorum, Agnus, & similia, & de iis disponere absque licentia, & absque paupertatis lesione, quia non sunt res pretio æstimabiles. At requiritur licentia Prælati saltem præsumpta ad accipiendum, emendum, seu retinendum Crucis, imagines, coronas, &c. quia pretio æstimabilia sunt: hæc tamen licentia rationabiliter præsumitur; quando ad ea distribuenda inter Benefactores Ordinis accipiuntur. num. 194. Habet Religiosus verum dominium in sua manuscripta, sive proprio sive alieno studio elaborata, sive ab aliis donata, eaque potest secum ferre, aliis donare, comburere, aut de iis disponere causa mortis, aliave circa illa, proprietarii munia exercere, absque Prælati licentia: ita praxi, & communi usu, & consuetudine Religionum etiam reformatarum; & peccat Prælati, qui sine justa causa alicujus Religiosi scripta igni mandat, vel alieno nomine, sine auctoris consensu in lucem edit. num. 195.

88. Potest Religiosus pro amico Missas celebrare, (si in ejus Religione non detur obligatio quotidie celebrandi juxta intentionem Prælati,) etiamsi sciat, ipsum pro talibus Missis stipendium accipere. Non potest tamen Religiosus stipendium pro Missis accipere, illudque amico dare, quia stipendium acceptum acquiritur monasterio. Tract. 12. cap. 2. n. 196. Habet etiam Religiosus dominium piorum operum, & exercitorum suorum, ut orandi, prædicandi, legendi, necnon omnium actionum suarum naturalium, & supernaturalium, quæ licet eadant sub voto obedientiæ, nec exerceri valeant in alterius obsequium, sine Superioris licentia, non tamen cadunt sub voto paupertatis. Tract. 12. cap. 1. num. 196. Artetadum, v. gr.

picture, sculptura, vel aliud quodcumque opus a Religioso elaboratum, animo sibi ad usum retinendi acquiritur Monasterio, nec illud alteri donare potest, absque licentia. Religiosi Choro non deputati, si debitis horis pro Monasterio laboraverint, poterunt absque paupertatis violatione, una vel altera hora pro amico laborare. n. 197. Religiosus Chorista potest pro amico pingere, vel alia artefacta elaborare, si hic dederit materiam v.g. colores, &c. absque violatione paupertatis; & si ei præceperit Superior ne pro aliis labore; peccabit quidem laborando contra votum obedientiæ, non vero contra paupertatis votum. n. 198. 199.

89. Mortaliter peccat Religiosus contra votum paupertatis, furtive reus est, si quid in notabili quantitate, absque debita licentia ex bonis Monasterii, aut ex sibi ad usum concessis, aut ab extraneis datis, etiam manente dominio apud ipsos, usu vero independente apud Religiosum, accipiat, retineat, occultet, vel quovis alio modo Superioris liberæ dispositioni subtrahat: si commodet, mutuet, aut commodatum, vel mutuum recipiat, permutet, expendat, donet, aut quomodolibet distrahatur, vel alienet: si quod sibi ex justitia debetur remittat; & tum ipse Religiosus distrahens, tum ab eo recipientes ad restitutionem tenentur; non solum enim reus est furti, qui rem, sed etiam qui illius usum invito domino accipit, eaque ut re propria utitur, vel de illa disponit. Tract. 13. cap. 6. num. 12. 5. 12. 21. 32. 34. Sed si Prælati vel ex impotentia, vel ex malitia subito denegat necessaria ad viduum, vestitum, curationem, iter, &c. secundum cuiuslibet Religiosi conditionem, vel Religionis consuetudinem, poterit ipse subditus absque peccato ea clam accipere ex bonis Conventus, aut ab extraneis data, & illis absque licentia uti, juxta suam necessitatem. Mortaliter vero peccat Prælati Monasterii observantioris, in quo juxta legem, vel consuetudinem omnia necessaria subditis tribuuntur, si possit & negligat eis providere. n. 34.

90. Non peccat Religiosus, si res ab extraneo oblatas nolit recipere, aut donanti dicat se ejus nomine alii daturum; quia sic non ipse sed donans dat eis per manum talis Religiosi. Potest etiam, absque voti lesione regulari gratiam, aut beneficium, & avertere ne instituat hæres aut legatarius, & rogare ut donatio non sibi, sed amico, aut consanguineo fiat, eique legatum, vel hæreditas relinquatur: non enim vi voti obligatur ad acquirendum, sed ad non accipiendum, vel alienandum sine licentia. Similiter non peccat si rem oblatam accipiat, ut Superiori tradat. Nec etiam si aliquid a seculari petat, absque licentia, dummodo cum animo non recipiendi in se dominium, & non utendi nisi prius oblatæ licentia. Religiosus autem sine licentia rem ab amico accipiens, & eam cum aliis rebus ex licentia habitus palam expositam in cella retinens, supposita gravitate materia graviter peccat: quod enim talis res a Superiore videri possit, non sufficit ad licentiam tacitam sive præsumptam. Tract. 13. c. 6. n. 15. 16. 17. 22. 23.

91. Peccat Religiosus contra votum, si rem ex Superioris licentia habitam artificialiter celet, ne a Superiore auferatur: secus si non ideo celet quia timeat eam, rem auferendam, sed ad vitandam confusionem, cum timeat reprehendi ob eam, quam ex licentia tantum præsumpta habet; vel si absque licentia ulla habet, ne ut proprietarius habeatur, paratus eam a se abdicare ubi opportunitas fuerit, vel licentiam obtinere. Ex quo inferitur non peccare mortaliter Religiosum, qui verb. grat. post mensuram iter acturus est, & in proprio cubiculo, seu cella res paratas ad iter occultat, vel apud alium Religiosum, vel facultarem reponit, non ex timore, quod eas Prælati auferat, sed ne auferantur ab aliis. Non peccat contra paupertatis votum Religiosus, qui rem quam habet ex licentia Prælati Superioris occultat Prælati inferiori; quia in tali casu Prælati inferiori se habet sicuti quilibet alius privatus. Tract. 13. cap. 6. n. 18. 19. 20.

92. Licet Religiosus donationes gratiosas facere nequeat absque Superioris licentia, poterit tamen ex bonis sibi ad usum concessis, aliquas donationes remuneratorias, pro beneficiis acceptis facere. Insuper donare, & accipere potest, etsi in magna quantitate, omnia quæ in Religione communiter dari, & accipi solent videntibus, & non contradicentibus Prælati, sive de bonis ipsi ad usum applicatis, sive de bonis Conventus. Consuetudo enim, scientibus, & non contradicentibus Prælati introducta, censetur secum asserre tacitam, & præsumptam licentiam. Tract. 13. cap. 6. num. 24. 25. Verius est Religiosum sibi subtrahentem de sibi traditis ad usum pro viduo, & vestitu, vel itinere, non posse ex his elemosynas, vel donationes facere, maxime quando Religiosus omnia necessaria sine taxa conferuntur; bene vero si Religiosus pro prædictis certa quantitas assignetur, ultra quam nihil ultra tribuatur; nec de traditis rationem reddere teneatur. n. 27. 28.

93. Procuratores, Economi, alique Officiales Conventus non possunt elemosynas, vel donationes facere, aut sumptus extraordinarios, etiam in commo- datione Monasterii, ultra id quod sibi a Superiore concessum est, & peccant mortaliter, nisi ex ignorantia, inadvertentia, vel parvitate materia excusentur. Tract. 13. cap. 6. num. 30. Cæteri Religiosi nullas elemosynas, aut donationes facere possunt, absque expressa, vel tacita licentia Superioris: In tribus autem casibus datur tacita seu præsumpta licentia: & primo in extrema indigentis necessitate: secundo in magna necessitate, si non pateat aditus ad Superiorem: tertio: quando Religiosus degit ex legitima licentia extra Monasterium, causa studiorum, peregrinationis, aut alicujus negotii; dummodo sint moderate. Censetur etiam permittæ in omnibus Religionibus quædam leves donationes factæ amicis, consanguineis, & benefactoribus in signum amicitie, & gratitudinis, vel ad conciliandum amorem erga Religionem. n. 31.

94. Res pretio aestimabiles nequit Religiosus, salvo voto paupertatis, absque legitima licentia commodare, mutare; vendere, aut permutare, sive intra, sive extra Monasterium, etiam ex his quae sibi ad usum sunt applicatae, nisi in rebus parvi momenti, & crebrius occurrentibus; quia in his censetur dari tacita licentia. Etiam in rebus magni valoris ad usum Religiosi concessis, non censetur rationabiliter inivitus Praelatus, si eas mutet, vel commodet per breve tempus personae, intra, vel extra Conventum, de qua certus sit quod restituar, sive sint libri, sive vestes, sive pecuniae. Tract. 13. cap. 6. num. 32. 33. Ut mutuo Religiosus aliquid accipiat requiritur saltem tacita Superioris licentia, quae semper praesumitur adesse in rebus parvi momenti: censetur etiam in rebus gravibus, necessariis tamen ad usum, quibus debet Religio providere, si non detur facilis accessus ad Praelatum. In mutuo autem accipiendo sine licentia, major quantitas requiritur ad peccatum mortale, quam in alienationibus. Commodatum accipere sine licentia vix unquam erit mortale. num. 34. Donare, vendere, aut alio modo alienare sub conditione: si Praelatus consenserit; aliter nihil valet, non est contra votum paupertatis. num. 35. Si Religiosus res magni momenti, sibi ad usum concessas cum extraneo, aut cum Religioso etiam ejusdem Conventus absque licentia commutet; peccat mortaliter, juxta probabiliorum sententiam. Concessa uni Religioso licentia ad donandum, alter qui ejusdem Praelati subditus est, non indiget nova licentia ad accipiendum. num. 37. 41.

95. Sicut in aliis praecipis, & votis, ita & in hoc paupertatis voto materia parvitas excusat a mortali. Furta Religiosorum ex bonis Monasterii comparantur furtis filiorum, ex bonis parentum mediocriter divitum: Ideoque quod in filiis reputatur materia gravis pro furto respectu parentum mediocriter divitum, erit etiam materia gravis, proportionem servata, pro furtis Religiosorum ex bonis

Conventus, sive mediocriter divitis; sive etiam pauperioris; Conventus enim pauperes plures elemosinas habent. Major autem quantitas requiritur ad mortale, si Conventus valde divites sint, quam si pauperes; major insuper, si Religiosus donet, aut sibi accipiat ex bonis ab extraneis datis, quam si ex bonis communibus Monasterii: & adhuc major si donet Religiosus ejusdem Conventus, quam si aliis alterius Conventus. Tract. 13. cap. 6. num. 43. 44. Aliqui gravissimi Doctores assignant, pro materia gravi sex argenteos; alii duos auros, seu 26. Regales; alii quatuor argenteos; sed in hac re iudicio prudentium standum est. num. 46. 47. Regulariter mortale non est, rem aliquam ex loco publico Monasterii ad usum temporaneum, etiam per multum tempus accipere, ut v. gr. librum ex Bibliotheca; nisi sit res cuius usus fit valde frequens aliis, vel alicui applicatus. num. 49.

96. Peccat mortaliter Religiosus qui modica furando, vel donando pervenit ad magnam quantitatem, si praetoriturum furtiorum memor sit, nec ei expresse vel tacite fuerint condonata, aut jam restitutionem fecerit. Tract. 13. cap. 6. num. 50. 53. Si Religiosus eculenta, vel poculenta ab extraneis accipiat ex donatione, etsi sint in magna quantitate, vel magni valoris mortaliter non peccat contra votum paupertatis, quia Praelatis non censetur displicere quoad substantiam, sed tantum quoad modum: poterit tamen esse peccatum mortale contra obedientiae votum, si hoc fit sub gravi prohibuit in Regula, vel constitutionibus. Res comestibiles Monasterii in magna quantitate simul subripere est peccatum mortale. Similiter est peccatum mortale ex comestibilibus ordinariis paulatim furari, ut referentur ad inde accipiendum cum libuerit, si perveniat ad magnam quantitatem. num. 55. 56. 57. Non est mortale si ex ordinariis eculentis Monasterii subripiat Religiosus, etiamsi repetitis vicibus pro plura furtiula perveniat ad magnam quantitatem.

titatem sufficientem ad mortale, si tantum accipiat ad usum praesentaneum; nam in tali casu Praelatus solum censetur inivitus quoad modum. Secus dicendum de eculentis extraordinariis referendis pro infirmis, pro hospitibus, pro recreatione &c. num. 58.

97. Aliud, & praecipuum caput unde exculantur Religiosi a transgressione voti paupertatis, est Superioris licentia. Tract. 13. cap. 6. num. 59. Triplex est licentia: expressa, qua Superior verbo vel scripto expresse facultatem concedit alicui dandi, recipiendi &c; tacita sive praesumpta, seu interpretativa, quando scilicet rationabiliter censetur adesse Praelati consensus ad aliquid dandum &c; ad quam reducitur epikeia; & virtualis, seu in alia expressa continetur, ut si licentia concedatur ad iter faciendum, censetur etiam concessa ad omnia, quae necessaria sunt pro tali itinere: si officium imponitur, intelliguntur concessa quae tali officio conveniunt, & ab habentibus illud fieri solent. num. 60. In Religiosis in quibus nullum est praecipuum seu lex, ne quis absque expressa licentia quidquam accipiat, aut donet &c; sufficit tacita licentia ad dandum &c. absque peccato mortali, maxime si Superior adiri non possit, & urgeat occasio; & etiam si adiri possit, si rationabiliter praesumatur id velle: multoties tamen erit veniale, quia Superior saltem quoad modum inivitus praesumitur. nu. 61. Si tota ratio licentiae praesumptae fuit, quia Superior commode adiri non potuit, nec res consumpta est, & adhuc factum potest a Superiore emendari, tenetur qui cum tali licentia operatus est, eum adire cum primum potest: secus si res consumpta sit, aut si rationabiliter credidit talem esse Superioris voluntatem. n. 62.

98. Si detur in Religione lex, aut praecipuum prohibens sub mortali dare, aut accipere &c. sine expressa licentia, erit peccatum mortale contra votum paupertatis accipere, aut dare absque ea; vel veniale, si prohibeatur sub veniali. Tract. 13. cap. 6. num. 65. Tacita

tumitas Praelati videntis, & non contradicentis, si sit pura permisso ob timorem perturbationis, vel majoris mali; aut quia impedire nequit, non habetur pro tacita licentia; bene vero si taceat quando facile, & absque ullo timore contradicere potest. num. 66. Praesumens probabiliter Praelatum licentiam concessurum, si peteretur, non excusatur a transgressione voti paupertatis, si det, accipiat &c. eo inconsulto, quando commode adiri potest. num. 69. Adesse autem censetur virtualis, seu actualis voluntas Superioris ex habituali deducta excusans a peccato mortali: primo. In rebus levibus, & ordinarie contingentibus, vel quando ita est affectus ad subditum, ut non graviter ferat, si aliquid donet, vel recipiat: secundo. Quando non facile Superior adiri potest: tertio. Si datio vel acceptio cedat in utilitatem Conventus: quarto. Quando subditus ob verecundiam, timorem, vel aliam rationem, difficultatem magnam habet in petenda licentia, quam si peteret, proculdubio obtineret. n. 71.

99. Ut licentia excuset a transgressione voti paupertatis, debet esse voluntaria, legitima, & iusta: quare nihil valet licentia dolo, fraude, aut metu extorta, si quoad rei substantiam est, alioquin ex his modis involuntaria. Idem dicendum de licentia importunis precibus obtenta. Est autem licentia fraude, & dolo extorta si petens taceat ea, quibus expressis non concederetur; aut fingat ea, ob quae solet concedi: secus si taceat ea, ob quae negari non solet; aut falso exprimat ea, ob quae non quidem conceditur, sed facilius conceditur. Nec pariter erit dolosa licentia cum verb. grat. Religiosus sciens a nullo Praelato concedendam licentiam ad accipiendum, vel expendendum 100. eam petit a Priore pro 20., a Provinciali pro 30., & a Generali pro 50. etiamsi nulli eorum manifestet licentias ab aliis obtentas. Nec operatur ex involuntaria licentia Religiosus habens facultatem expendendi aliquam summam in usus determinatos, si eam expendat in alios usus, dummodo non constet Praelatum

nolle licentiam dare, nisi ad illos usus determinatos Tract. 13. cap. 6. nu. 74. 75. 76.

100. Superior legitimam licentiam concedere valens est Prælati immediatus, vel eo, ultra diem naturalem absente, ejus Vicarius, & similiter Abbatissa habens administrationem temporalem: Provincialis, Generalis, Summus Pontifex, ejusque Nuncii. Licentia a Prælato majore negata potest ab inferiore obtineri, etiam si id non exprimitur. Tract. 13. cap. 6. num. 76. 77. 78. Licentia absque limitatione concessa, non expirat expirante gubernio concedentis, neque cessante causa adequata concessionis. num. 79. Ut licentia iusta sit debet esse ex sufficienti causa petita, & concessa. Licet peccet subditus absque Prælati concessione licentiam, & etiam Prælati concedens; ea tamen obtenta non peccat, si cum ea operetur. num. 80. 81. Nulla est & invalida licentia ad usus profanos, & turpes concessa: immo nec ipse Prælati potest Monasterii bona in tales usus expendere. n. 82.

101. Religiosus res superfluas habens ex licentia tacita, vel expressa, nisi adsit excessus notabilis, non peccat mortaliter. Probabilis est eum qui habet licentiam generalem ad expendendam aliquam summam, prout ei placuerit, peccare contra votum paupertatis, si expendat in usus turpes, vanos, vel superfluos, & teneri ad restitutionem, tantam, quam recipientem, nisi rationabiliter presumatur Religionem debitum remittere, vel nisi Religiosus mutato animo gratiose, & in eleemosynam donare intendat, quæ turpiter dat. Tract. 13. cap. 6. num. 86. Prælati sicut aliis licentiam dare nequit, sic nec ipse in vanos, superfluos, aut illicitos usus expendere potest. num. 88. Prælati immediatus eas expensas potest facere, que in commodum, decentiam, & splendorem Monasterii cedunt, insuper & eleemosynas facere, sed juxta præscriptum suarum legum. Potest etiam ex gratitudine in remunerationem obsequiorum, & ad conciliandos animos benefactorum,

aliquas donationes facere. Remuneratio autem poterit in quarta parte excedere beneficium. Quoad has donationes aliquid plus conceditur Provincialibus, & adhuc plus Generalibus. num. 89, 90. 91.

102. Ex delicto cujuslibet Religiosi particularis ut talis, etiam si Prælati sit, Monasterium nullam contrahit obligationem restituendi, vel satisfaciendi, nisi ex ejus delicto commodum acciperit Monasterium, vel ditius factum fuerit; ipse autem Religiosus qui damnum intulit tenetur damnificatio satisfacere, vel ex peculio, si illud habeat, (vel ipso nolente, Monasterium ex talis Religiosi peculio,) vel suis operibus, & laboribus ex supererogatione factis, non autem ex rebus, vel actionibus quæ transferunt in jus Monasterii. Tract. 12. cap. 2. num. 211. Pro contractibus, & obligationibus quibus se obstrinxerit ante Professionem, tenetur Monasterium quantum bona ipsius accepit, vel hereditatem adivit, dummodo dicta bona sufficientiant; quod si non sufficientiant, probabile est non teneri Monasterium ex propriis satisfacere, nec teneri Prælatum dare licentiam, ut Religiosus labore ad satisfaciendum. n. 212. 214.

103. Monasterium tenetur obligationibus, quas contrahit subditus, vel Prælati de communitatis consensu tacito, vel expresso. Tenetur etiam solvere mutuum a Prælati acceptum, ex intentione illud infumendi in utilitatem Monasterii, etiam si mutuo animo eas pecunias male expendit. Tenetur etiam solvere quæ Religiosus extra Monasterium, ex legitima licentia manens expendit pro itinere, sustentatione, curatione. Tract. 12. cap. 2. num. 215. Religiosus cum debita licentia contrahens, obligatur tum in conscientia, tum etiam civiliter; nec ejus Superior, aut successores possunt talem obligationem irritare. num. 216. Si absque expressa, vel tacita licentia contrahat, naturaliter tantum obligatur quoad contractus concernentes actionem personalem, quandiu Superior non restituat secus quoad alios contractus, qui insu-

insuper nulli sunt ex parte utriusque contrahentis. n. 218.

104. Non potest Religiosus absque Prælati licentia, etiam ex proprio peculio ea ludo exponere, quæ non possit donare; & si ludens amittat, tam ipse quam qui lucratus est ad restitutionem tenetur. Tract. 13. cap. 6. num. 93. Aliquam modicam quantitatem, ludo licito, Religiosus exponere licet, ad hoc enim præsumitur adesse tacita Superioris licentia. num. 94. Ludis prohibitis a juribus, vel statuto particulari Religionis, vel ludo scandaloso non licet Religiosus ludere, nec parvam, nec magnam quantitatem; nec possunt Prælati ad hoc licentiam concedere. A jure prohibiti sunt ludus alearum, & taxillorum, & omnes ludi sortitii. Quamvis possint Religiosi, etiam absque peccato veniali, recreationis gratia ludere chartis lutoris, aliquam modicam pecuniam, in illis Religionibus, in quibus tales ludi usu, & consuetudine permixti sunt, secluso scandaloso, aut præcepto in contrarium; ut in Religionibus reformatis, in quibus non sunt in usu, erit peccatum mortale ludus alearum, taxillorum, & chartarum pecunia exposita. Et in his Religionibus, his ludis viam aperire, sub quocunque pretextu erit peccatum mortale. num. 95. Non potest Superior valide licentiam concedere subdito, ut magnam pecunie summam ludo exponat; nec ipse Superior exponere potest. n. 96.

105. Recipiens per donationem gratiosam a Religioso, qui absque expressa, vel tacita licentia dedit aliquid in notabili quantitate, tenetur restituere totum, si exierit, aut si mala fide consumpsit; si vero bona fide consumpsit, id in quo factus est ditior; & in ejus defectum, ipse Religiosus qui donavit. Si vero recepit per contractum onerosum emptio-nis, sive venditionis, & contractus fuit æqualis nihil tenetur restituere. Poterit autem Religiosus se, & recipientem a restitutionis onere liberare, si quantitatem illam quam dedit petat ab amico, & tribuat Monasterio. Tract. 13. cap. 6. num. 99. Religiosus qui absque debita li-

centia, ex bonis Monasterii aliquid expendit in notabili quantitate, tenetur id restituere, expendendo in utilitatem Conventus tantum ex bonis sibi ad usum concessis, saltem ulquedum non remaneat restituenda, nisi materia levis: licet enim hac nequeat proprie dici restitutum, cum ex propriis fieri debeat, fieri tamen debet meliori modo quo potest. Tenetur etiam restituere quæ sibi ad usum, absque licentia de bonis Monasterii applicavit. num. 100. Tenetur etiam ad restitutionem Religiosus, ex cujus culpa, & incuria res sibi ad usum concessæ, vel quarum custodia, administratio, & dispensatio ei est commendata, pereunt, & deteriorantur. num. 101.

106. Quandocumque subditus, ob parvitatem materie, excusatur a culpa gravi, nec ipse nec ab eo accipiens tenetur saltem sub mortali ad restitutionem. Quoties subditus potest ex tacita, præsumpta, seu interpretativa licentia alienare, vendere, aut expendere, non datur obligatio restitutionis. Quoties Religiosus bona fide consumpsit, ex bonis Monasterii; putans sibi licitum esse, re non extante non tenetur restituere, nisi id in quo factus est ditior. Tract. 12. cap. 2. num. 102. Qui non habet peculium sibi concessum, ut in Religionibus reformatis, non tenetur, ut restituat, sibi subtrahere ex concessis ad usum, vel ab amicis procurare, sed excusatur ut impotens. num. 103. Cessat in Religioso obligatio restitutionis ex remissione Superioris tacita, vel expressa facta ex iusta causa in re, de qua potest dispensare. Similiter si Religiosus obnoxius restitutioni, curet ut amicus secularis summam, quam gratiose daturus erat Monasterio, mutato animo eam det ad solvendum debitum Religiosi, num. 105. Qui a Religioso indebite recepit, sufficit si restituat eidem: at si teneat illum contra Prælati voluntatem ea re iterum abuturum, debet reddere Superiori. Quando Religiosus ab extraneo accepit absque licentia, si Prælati ratam habeat donationem, ea res reddenda est Monaste-

rio, si vero Superior nolit ratam habere, restituenda est ei qui dedit; & si Religiosus mala fide consumpsit, ex proprio peculio satisfacere tenetur. num. 106.

107. Licet omnis qui contra votum paupertatis operatur, proprietarius in rigore dici possit: in ordine tamen ad incurrendas penas in jure statutas, ille solus dicitur proprietarius qui convictus est res, vel pecunias ad suum usum apud se habere, absque licentia. Si quid ex particularibus Religionum statutis, prohibeatur sub penis proprietariorum, tale delictum dictis penis puniendum est. Tract. 13. cap. 6. num. 6. Prætermisissis penis ex particularibus Religionum constitutionibus contra proprietarios assignatis, ex jure communi proprietarii convicti de crimine, incurrunt penam privationis vocis activæ, & passivæ, post sententiam tamen judicis. Secunda pena est expulsiōnis a Monasterio: sed hoc jus, ablata pœna, correctum est per decretum Urbani VIII. 21. Septembris 1623. Tandem Religiosus proprietarius convictus, si postquam fuit admonitus, inveniatur in morte habere pecuniam, cujus retentio nullo modo excusari possit, ita ut conficit, quod impœnitens obierit, privatur etiam Ecclesiastica sepultura, & sepelitur in sterquilino cum parte pecuniæ a se possessæ. num. 7. 8.

§. II.

De voto solemnī castitatis, & etiam de voto simplici.

108. Votum solemnē castitatis duplex est: aliud quod emittitur in receptione sacrorum Ordinum; & aliud quod fit in Professione Religiosa; & utrumque convenit in tribus effectibus, quorum primus est; Sponsalia ante illud contracta dissolvere, & subsecuta ad ipsum irritare: secundus est, Matrimonium subséquens irritare: tertius, omnem actum venereum internum, & externum prohibere, qui omnibus extra Matrimonium Prohibitus est. Differunt autem, quia

votum castitatis in Professione emissum; dissolvit Matrimonium ratum præcedens, secus vero votum castitatis Ordinibus annexum. Tract. 15. cap. 6. num. 19. 20. Religiosus inducens alium Religiosum ad violationem voti castitatis, peccat mortaliter contra castitatem, in ea specie ad quam inducit, & etiam sacrilegii, ratione voti illius Religiosi, non vero ratione voti proprii: & si tale peccatum contra castitatem sit reservatum, non incurrit reservationem; quia sola castitas propria cadit sub voto proprio, & sub reservatione. n. 22.

109. Religiosus in sacris constitutus violans castitatem, sufficit quod in confessione dicat: se peccasse contra votum castitatis, in tali vel tali specie, etiamsi sit Prælati, aut Episcopi, præcisa scandali circumstantia. Mulier rem habens cum Sacerdote seculari, vel Regulari sufficit quod dicat: rem habui cum persona habente votum castitatis: nam quod, votum fuerit simplex aut solemne, non addit peccato diversitatem specificam, sed tantum accidentalem, & est circumstantia mere aggravans intra eandem speciem. Tract. 15. cap. 6. num. 23. Religiosus peccans contra castitatem cum Religioso, tenetur in confessione explicare etiam complicitis votum. num. 24. Peccatum contra castitatem, ut fornicatio, adulterium, sodomitia in Religioso, si sit probabile periculum quod publicetur, vel si peccans sit persona incauta, temeraria, virtutis dedita, ita ut inde timeatur communitatis dedecus, est peccatum contra bonum commune, minime vero his secularibus. n. 26.

110. Votum simplex castitatis aliud est quod in aliqua Religione cum Professione simplici emittitur, de quo hic non loquimur; aliud quod a secularibus emittitur, ex amore hujus virtutis; & de hoc data occasione aliqua subiungemus. Hoc votum potest esse vel absolutum, vel conditionatum: vel ad tempus, vel perpetuum, vel parziale, vel totale. Absolutum est quando nec determinatur tempus, nec materia, & hoc obligat

obligat omni tempore ad abstinendum ab omni actu venereo interno vel externo. Conditionatum est quod solum obligat conditione impleta. Ad tempus quod solum obligat pro determinato tempore. Perpetuum quod obligat pro omni tempore. Partiale, quod obligat tantum ad v.g. non se polluendum, vel non fornicandum, &c. Totale, ut quando absolute promittitur observantia castitatis. Tract. 15. cap. 6. n. 27.

111. Votum simplex castitatis licet non irritet Matrimonium, illud illicitum reddit: sponsalia autem subsequenter irrita, & invalida reddit. Si quis post tale votum contrahat Matrimonium, poterit post bimestre debitum reddere uxori; si vero intra bimestre consummet, sive petendo, sive reddendo, mortaliter peccabit; Matrimonio tamen illicito, intra bimestre consummato, poterit deinceps alteri reddere, non tamen petere. Tract. 15. cap. 6. num. 29. Igitur habens votum castitatis, si contrahat matrimonium tenetur, ex vi voti, abstinere a petitione debiti; reddere tamen poterit, & tenebitur coniugi expresse, vel tacite petenti: secus si conjux non habens votum, ob aliquam causam jus petendi amittat. Votum habens, mortua conjuge, non potest licite nubere; & si etiam vivente conjuge, cum alia peccet, committit sacrilegium. nu. 30. Vovens virginatatem strictè sumptam, prout importat integritatem claustrī Virginis ex semel amissa votum cessat, & potest libere nubere: At si vovens virginatatem id non expresse voluit, & intendit, censetur vovisse castitatem absolutam. n. 31. Opinio docens, cum qui emisit votum simplex castitatis non adstringi, nec obligari ad illud, si maximis stimulis carnis agitur, non est practice probabilis. n. 35.

112. Votum castitatis integræ, & perpetuæ absolute, & libere emissum est Summo Pontifici reservatum; secus si sit votum non nubendi, non fornicandi, non se polluendi, &c. vel si sit pœnale, vel conditionale, ut si hoc fecero; sim voto castitatis adstrictus: si

sit disjunctivum, ut voveo vel castitatem vel jejunium in pane & aqua per annum, quævis jejunium impossibile redderetur: si sit virginatatis strictæ sumptæ, vel ad tempus: si sit votum vovendi castitatem, aut assumendi Ordines Sacros: & denique si votum castitatis reservatum, jam fuit a Summo Pontifice commutatum. Similiter non est reservatum votum castitatis a conjugato emissum, cum licentia alterius conjugis, etiamsi uterque scorum, cum alterius licentia illud emisit. Eset tamen reservatum, si uterque simul communi consensu per modum contractus castitatem voveret, seu per modum reciproce conventionis: facio ut facias; quia sic voventes obligant se ad absolutam, & integram castitatem. In hoc autem casu, si alter alteri remitteret renunciationem illam juris petendi, & reddendi debitum, esset quidem sacrilega talis remissio, valida tamen; & uterque reddere teneretur petenti, sed non licite petere posset: & non esset amplius reservatum. Tract. 15. cap. 6. n. 38. In voto castitatis absoluto, si necessitas adsit, & sit periculum in mora, poterit Episcopus dispensare, non quidem absolute, sed prout necessitas postulerit. num. 39.

§. III.

De voto solemnī obedientiæ.

113. Obedientia est virtus moralis que reddit animum promptum ad obtemperandum legitimo Superiori, cuiusque iussu adimplenda. Tract. 15. cap. 6. nu. 40. Quatuor sunt conditiones perfectæ obedientiæ. Prima. Quod sit cæca, tum ad inspicendos Superioris defectus, tum ad rationes præcepti scrutandas. Secunda. Quod sit prompta ad exequendum. Tertia. Quod sit fortis in aggreduendo, & perseverando. Quarta. Quod sit humilis. nu. 41. Quatuor etiam sunt gradus. Exterius exequi quod præcipitur. Voluntarie propriam voluntati Superioris submittere. Judicium proprium iudicio Superioris.

perioris subicere. Hæc observare non solum in iis quæ Superior iusserit tacite vel expresse, sed etiam in iis, quæ fieri desiderat. n. 42. Obedientia solis virtutibus Theologicis, & Religioni locum cedit, & consequenter omnibus virtutibus moralibus præstantior est. Votum quoque obedientiæ, aliis duobus substantialibus votis præstantius est. n. 43.

114. Obedientia Religiosa est promissa qua Religiosus propriam subiciens voluntatem Prælo Regulari, se obligat ad parendum ei in omnibus, quæ possunt cadere sub virtute Obedientiæ. Duplex est: alia perfectionis, quæ se extendit ad omnia, quæ contra Deum non sunt: alia necessitatis, quæ votorum, & regularum terminis coarctatur. Tract. 15. cap. 6. num. 44. Ex triplici capite tenetur Religiosus obedire Prælo, ex vi traditionis sui ipsius: ex vi voti: & ex vi Ecclesiasticæ jurisdictionis. nu. 46. Neque sub veniali tenetur subditus exequi voluntatem Prælati, nisi per mandatum explicatam, num. 47. Præceptum Prælati inferioris contrarium præcepto Prælati Superioris non obligat. Præcepta Prælatorum obligant Religiosos, etiam si sint extra Monasterium, vel extra Provinciam. nu. 52. Quando subditus teneatur sub mortali obedire: unde cognoscendum quod mandatum obliget sub gravi: an Prælati possint materiam gravem sub levi, vel materiam levem sub gravi præcipere: an possint ad actus internos obligare: Vid. Tract. 1. sect. 77. 81. 82. &c. & in hoc tract. sect. 120. num. 81. 82. 83. &c.

115. Objectum proximum obedientiæ est præceptum Superioris mandantis, vel prohibentis. Ex voto non obligatur Religiosus ad obedientiam formalem, seu ad exequendum actum ex motivo specialis obedientiæ, seu quia præceptum, sed solum ad executionem rei præceptæ, seu ad obedientiam materiale. Obligat tamen votum ad non contemnendum Superioris præceptum, vel legem; & hic contemptus est peccatum mortale semper, & in quacunque etiam parva materia. Censetur autem continere qui

mandatum, vel legem transgreditur, non ex cupiditate, vel negligentia, sed quia Regula, aut Superiori subijci non vult, aut ut obtendat se nihil facere legem, aut Superioris mandata. Tract. 15. cap. 6. num. 53. 54. Objectum remotum cadere possunt. nu. 55. In omnibus Religiosis eadem est obedientia secundum intrinsicam, & essentialia; quia in omnibus vovetur obedire secundum Regulam, constitutiones, & consuetudines Religionis. n. 56.

116. Prælo illicita præcipienti, obedire non potest Religiosus. Si res inutilis, vanas, indifferentes, & nullo modo ad institutum conducentes præcipiat, obedire non tenetur subditus. Tract. 15. cap. 6. n. 57. Dubitans an teneatur jejunare, a carnibus abstinere, Officium recitare, Missam audire, &c. die quo urget præceptum, potest, immo & tenetur obedire Prælo præcipienti ne jejuret, &c. n. 58. Dubitans de præcepto; an impositum sit, an talis res cadat sub eo, potest prælo scandalo, (adhibita sufficienti diligentia ad dependendum dubium,) eo prælo deponito, contra præceptum operari. Si vero dubitet an Prælati habeat potestatem imperandi talem rem, an licita sit, an præceptum impleverit, obedire tenetur. Dubitans de legitima Prælati electione, vel confirmatione non tenetur obedire, nisi talis Prælati sit in pacifica possessione. nu. 59.

117. Potest subditus etiam si habeat opinionem probabilem, quod non teneatur obedire, licite talem opinionem relinquere, & Superiori obedientiam prestare. Si subditus habeat opinionem prædictæ probabilem, quod non teneatur obedire, undecunque hoc proveniat, poterit contra Superioris præceptum agere, etiam si Superioris opinio sit probabilior. Si subditus habeat opinionem probabilem, quod præceptum non sit iustum, quod non sit impositum, quod in tali casu non obliget, quod sit abrogatum, aut in eo dispensatum, aut non in usu, licet obedire possit, ad id non tenetur. Tract.

15. cap. 6. n. 61. 62. 63. Si subditus probabiliter opinetur Prælatum non fuisse legitime electum, vel confirmatum, vel se non esse sub ejus jurisdictione, (supposito quod Prælati sit in pacifica possessione,) tenetur obedire. n. 65. Subditus habens opinionem probabilem, quod res præcepta illicita sit, vel non conducat ad finem, vel supra Regulam, aut excedens jurisdictionem Prælati, obedire tenetur; secus si id quod præcipitur esset subdito nimis difficile, & molestum; vel si id cederet in detrimentum honoris, vite, aut famæ ipsius subditi, aut si opinio subditi sit probabilior: si autem cadat in damnum tertii, tunc nec poterit licite obedire. n. 67. 68. 69. 70.

118. Omnia quæ expresse vel implicite in Regula, vel constitutionibus continentur præcipi possunt a Prælati, & in iis tenentur subditi obedire; ea autem implicite contineri dicuntur, quæ ad observantiam regularem sunt necessaria: non tamen tenentur subditus obedire in his, quæ sunt præter regulam, ut sunt res mere indifferentes; vel infra Regulam, ut sunt laxiora, quæ scilicet deficient ab eo quod Regula jubet; nisi hæc præcipiantur ex justa causa, quæ sit secundum Regulam, vel constitutiones; ut si Prælati dormitionem, vel jentaculum, vel aliud levamen præciperet, ut jortior, & promptior reddatur ad observantiam. Tract. 15. cap. 6. n. 71. Non tenetur subditus obedire prælo contra Regulam præcipienti, si subdito constet eum non posse, nec habere justam causam dispensandi: nec Prælo supra Regulam præcipienti, ut si præciperet novas austeritates, ire ad miliones, &c. Potest tamen Prælati ad tempus aliquas austeritates præcipere ob publicam necessitatem; at Religiosus particulari non nisi in penam commissi delicti, vel ad cavendam recidivationem imponi possunt. n. 73. 75.

119. Non potest subditus admittere Episcopatum sine licentia Prælati petita, & obtenta post electionem. Tract. 15. cap. 6. 76. Nequit Religiosus obligari sub præcepto ad acceptandum Episcopatum,

Cardinalatum, aut aliam dignitatem, quæ a Regulari observantia illum eximat; ut etiam esset beneficium curatum, aut simplex secularis, aut alterius Ordinis. Solum autem Summus Pontifex potest ad hæc acceptanda obligare Religiosum. Potest tamen Religiosus, ex vi voti obedientiæ obligari ad acceptandum munus Prælati, intra suum Ordinem, etiam si dubitet de sua sufficientia; nisi habeat impedimentum, quod amovere non possit, ut si sit incapax, vel alia inhabilitate Pontifici reservata irretitus. n. 77. 78. Si Religio quoad substantialia collapsa sit, ut si introducta esset proprietatis, inobediencia, castitas solum conjugalis, cum contra substantialia, nulla possit prevalere consuetudo, possunt Religiosi præceptis ad reformationem obligari. Si circa alia sit collapsa, non possunt Religiosi, qui in tali Religione sic relaxati professi sunt, si jam tempus præscriptionis transivit, ad observantias quæ in usu non sunt, obligari a Prælati particularibus. num. 79. Tenentur Religiosi professi stare reformationi a Capitulo Generali, vel a Prælati habentibus facultatem condendi leges, & ad hoc præceptis cogi possunt: Exceptis Religiosis, quibus a Papa concessa est mitigatio. num. 83.

120. Tenendum est posse Capitulum Generale, & Prælatos habentes facultatem condendi leges, zelo observantiæ præcipere sub mortali, quod in Regula, vel constitutionibus solum obligat sub veniali, vel ad poenam; alias nunquam possent imponere præcepta, nisi in rebus ad quæ Religiosi tenentur sub mortali; quod frustraneum esset. Tract. 15. cap. 6. num. 86. Propter unius, vel alterius culpam non potest Prælati toti communitati præceptum imponere obligans sub mortali: nec Generalis, aut Capitulum Generale toti Religioni pro unius Provincie inobstantia; nec Provincialis pro unius domus relaxatione, sed tantum illi domui, Provincie, aut Religioso legem non observanti præceptum imponendum est. num. 88. Ad impositionem præcepti non est necessa-

ria expressio causæ, ob quam imponitur. num. 90. Præcepta nimis ardua, & difficilia non obligant: ideoque non tenentur subditi obedire Prælati præcipienti cum propriæ vite, honoris, aut alterius gravis damni periculo, nisi in casu quod id expediat bono communi. num. 91. 92.

121. Poterit ergo Prælati præcipere, & obligare Religiosum, ut tam in temporalibus, quam in spiritualibus assistat infirmis sui Ordinis, peste laborantibus. Non potest Prælati tempore pestis, fugere deserto Conventu. Tract. 15. cap. 6. n. 93. Religiosi mendicantes obligari possunt, ut sæcularibus peste laborantibus in spiritualibus assistant; secus in corporibus, nisi hoc valde expediens esset bono communi Religionis; nam in tali casu obligari possunt. Non mendicantes autem nullo modo obligari possunt. n. 94. 95. Teneatur etiam Religiosus obedire Prælati præcipienti ut eat ad habitandum in tali sui Ordinis Monasterio, licet aeris intemperie laboret, vel ut ad alias remotissimas regiones se transferat, etiam apud Indos si ibi sint sui Ordinis Monasteria; non tamen ei præcipi potest, ut eat ad prædicandam Fidem hæreticis, vel infidelibus in eorum regionibus: nec ei præcipi potest, ut membrum infectum sibi cum magnis doloribus fecari permittat, nisi sit persona valde utilis bono communi, & remedium sit certum. num. 96. 97. 98. Religiosus frangens præceptum Superioris, & peccat peccato sacrilegii, & peccato contra virtutem obedientiæ. n. 101. Nisi Prælati quando præceptum imponit, se ex motivo talis virtutis præcipere dicat, aut præcepto censuram adiciat, non datur in frangente præceptum speciale peccatum contra illam virtutem. num. 105.

C A P U T V.

Qualiter appellatio alienatio, & quædam officia sibi Religiosis interdicta.

§. I.

De prohibitione appellandi.

122. **A**ppellatio in genere nihil aliud est quam a minori ad majorem Superiorem provocatio; seu recursus rei ab inferiori Prælati ad Superiorem, causa gravaminis in sententia ab inferiore lata, vel ferenda. Alia est propria, a jure in aliquibus casibus concessa, alia impropria, & que jure nature nulli denegari potest; & est simplex querela, vel supplicatio facta a reo Superiori Prælati, ut suam causam videat, ad se advocet Prælatum inferiorem inibeat ante sententiam; vel post eam vigore temporis, in toto, vel in parte. Hujus effectus non est suspensivus, sed devolutivus. Tract. 15. cap. 7. n. 3. Appellatio impropria, seu per modum querelæ, vel supplicationis si fiat Prælati Superioribus ejusdem Ordinis, nullus inferior potest eam impedire, vel differre, & semper licet, etiam in casibus in quibus appellatio interdicatur. num. 4. *Appellatio propria, quæ dicitur juridica, est provocatio causæ ab inferiori ad Superiorem Judicem, ratione illati, vel inferendi gravaminis, qua iniquitas sententiæ corrigitur. Hæc præter effectum devolutivum habet etiam effectum suspensivum; sententiam enim, & jurisdictionem inferioris suspendit, non tamen quoad censuras jam suum effectum sortitas, quibus appellans usque dum absolvatur, manet irretitus. n. 5.*

123. Apud Ecclesiasticos, & Regulares faciendæ est Appellatio coram Judice qui tulit sententiam intra decem dies a notificatione sententiæ; quod tempus a Judice minui non potest; nec currit impedito. Posita Appellatione conceditur Appellanti annus integer ad eam proseguendam, quod etiam tempus non currit, data

data impossibilitate proseguendi. A Judicibus arbitris appellari non potest. Tract. 15. cap. 7. num. 6. Cum sententia duplex sit, altera definitiva, quæ fertur super causa principali; interlocutoria altera, quæ fertur super dubiis in ipsa causa emergentibus V. G. an teltis ille sit recipiendus &c. Appellatio quidem potest fieri ab utraque; sed ab interlocutoria appellare non licet, nisi in ea continetur damnum irreparabile, V. G. torura, incarcerationio, excommunicatio, suspensio, interdictum. In appellatione a sententia interlocutoria, sive sit judicialis, sive extrajudicialis exprimi debet causa gravaminis in specie; secus in appellatione a definitiva, in hac enim sufficit quod appellans dicat, se gravatum esse, vel sententiam fuisse injustam. In casibus Religiosorum, & in aliis in quibus appellatio interdicatur, etiam appellatio sit a definitiva, debet exprimi causa gravaminis in specie. num. 7.

124. Peccat mortaliter reus appellans a sententia, quam certo scit esse justam, (loquendo de appellatione propria;) secus si causam habet probabilem injustitiæ, aut de ea dubitet. Similiter mortaliter peccat Judex appellationem non admittens, quam videt juste interponi. Tract. 15. cap. 7. num. 8. Ex jure communi prohibuit est Religiosus a mandatis, & correctione Superiorum suorum legitime factis, secundum Regulam, & constitutiones, appellare; secus si modum in suis legibus præscriptum Prælati excesserit. num. 9. Ex pluribus autem privilegiis Religiosis concessis, interdicatur Religiosis omnis appellatio, etiam ad sacram Cong., vel Sedem Apostolicam. Quare non potest Religiosus appellare, nec ad Summum Pontificem, vel Nuncium, nec ad alios Prælatos intra, vel extra Ordinem a gravaminibus, & penis quantumvis gravibus sibi iuste inflictis, secundum statuta sui Ordinis, etiam si Prælati quod rigorosum est sequatur, dummodo justitiæ terminos non excedat. num. 11.

125. Ab ordinaria correctione Prælati, vel a sententiis, quæ nec gravem

Part II.

infamiam, nec penas rigorosas continent, videlicet carceris, triremium, diræ flagellationis, officiorum privationis, &c. quamvis clare constet, Prælatum excessisse iustitiam, vel Religionis statuta, non potest Religiosus appellationem juridicam interponere ad quemcunque Prælatum intra, vel extra Ordinem; poterit tamen per simplicem querelam ad Superiorem sui Ordinis recurrere. Tract. 15. cap. 7. num. 12. In causis gravissimis, & a sententiis infamiam &c. continentibus, si solum deur dubium, vel probabilitas de injustitia non licet Religiosis appellare. num. 13. Ad Tribunalia sæcularia in omni eventu prohibuit est Religiosis appellare, sub excommunicatione latæ sententiæ Summo Pontifici reservatæ. Licet Religiosus non possit per querelam, vel appellationem propter injuriam gravamen ad Tribunalia sæcularia accedere; si tamen nulla via possit vni sibi injuste illatam, intra Ordinem repellere, quia non auditur, vel quia Superiores non curant auferre vim; vel quia Superior longe abest, & periculum est in mora; tunc potest recurrere ad Judicem sæcularem, ut sibi eo modo quo licite potest succurrat, non quasi appellans, sed defensionem querens. num. 14.

126. In nullo casu potest Religiosus appellare ad Tribunalia Ecclesiastica, quibus non subditur, ut ad Episcopos, vel eorum Vicarios, vel querelam coram illis proponere, sub pena excommunicationis latæ sententiæ, lata tam contra appellantes, quam contra Judices Ecclesiasticos talem appellationem admittentes, quicunque illi sint. Tract. 15. cap. 7. num. 15. Quando gravamen est manifestum, terminos excedens Regulæ disciplinæ, in rebus gravibus, si per viam querelæ, & supplicationis credit Religiosus non sibi satis subveniendum esse, tunc potest appellare a Priore ad Provinciale, a Provinciali ad Generalem, vel Definitorium generale, ab hoc ad Proctorem Ordinis, deinde ad Sacram Congregationem, & tandem ad Summum Pontificem. num. 17. 18. Sicuti in causa manifesti gravaminis, in causis gravi-

R.

vifi-

vissimis, licita est Religiosis appellatio; ita etiam recusatō Prælati quacunquē dignitate fulgentis, quando certo moraliter timetur ipsum graviter, & iniuste vexaturum; vel quando ob passionem, inimicitiam ad reum, vel amicitiam intimam contraria partis creditur excessurus. num. 21. Qualiter autem, & coram quo Iudice fieri debeat recusatō Iudicis ordinarii. V. Peyrin de subdit. quaest. 1. c. 19. §. 1. & 2.

f. II.

Qualiter Regularibus prohibita sit alienatio.

127. Plures dantur textus in iure Canonico, quibus prohibetur Prælati Ecclesiasticis cupiscunque sint dignitatis, & conditionis, bona Ecclesiarum, Monasteriorum, vel aliorum piorum locorum alienare, nisi servata solemnitate, & conditionibus infra assignandis: & præcipue hoc inhibetur in Paulina *Ambrosiæ* &c., in qua innovantur antiqua decreta circa hoc, & ponitur irritatio, & nullitas actuum secus factorum, & Prælati alienantibus imponitur excommunicatio ipso facto incurrenda, & privatur ipso facto officio, & beneficio, & administratio honorum, quæ alienare intendunt, si non sint Episcopi, vel Abbates jurisdictionem quasi Episcopalem habentes; si vero sint, interdicit eos ab ingressu Ecclesiæ, & si per sex menses manserint in interdico, eos suspendit a Præsidentia quam habent in spiritualibus, & temporalibus. Tract. 15. cap. 7. num. 23. Quare ex vi dicte Pauline peccat mortaliter Prælati, vel Rector Ecclesiæ seu Monasterii, qui rem illius immobilem pretiosam, absque solemnitate requisita alienat; & talis res Monasterio, seu Ecclesiæ restituenda est, cum omnibus fructibus, & proventibus, deductis expensis, & si fuerit in mora qui eam habet, etiam damna emergentia rescire debet. num. 24. Ibi etiam prohibentur alienari bona aliorum locorum piorum, ut sunt Confraternitates, Collegia, Congregationes, Hospitalia Episcopi auctoritate fundata: secus dicen-

dum de his locis sine tali auctoritate fundatis. num. 25.

128. In Religionibus plura dantur Privilegia talem alienationem, absque juris solemnitate, concedentia: sed omnia quoad hoc revocata sunt per decretum Sacre Congr. sub Urbano VIII. 7. Septembris 1624. Igitur ubi Paulina, & dictum decretum recepta sunt, & in usu, & non contraria consuetudine abrogata, servanda erunt quæ his traduntur, nisi habeatur aliud novum privilegium. Tract. 15. cap. 7. num. 28. 29. Omnia bona Ecclesiastica, vel Regularia immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt inalienabilia sunt, nisi cum conditionibus, & in casibus a iure assignatis. Immobilia censentur prædia, domus, & similia: census, quibus anni redditus correspondent, & jus ad illos: Cathedra, Commenda, beneficium Ecclesiasticum, jus patronatus, ususfructus longi temporis, & jus ad hæc saltem per decennium; talis namque iudicatur actio quale est jus; & ideo jus ad rem immobilem reputatur res immobilis. Res exigui valoris, etiam immobiles, sine juris solemnitate alienari possunt, & non comprehenduntur sub prohibitione Paulinæ, vel decreti. Reputantur autem regulariter exigui valoris, quæ non excedant valorem decem aureorum. num. 30. 31.

129. Bona mobilia quæ servando servari possunt, & inter mobilia computantur ad hunc effectum, quod non possint alienari, absque solemnitate juris, & pretiosa dicuntur, sunt lampades, vasa aurea, vel argentea, gemmæ, casula pretiosa, & aliæ vestes, tapetes, aliæ paramenta, quæ longe ab interitu distant, & omnia illa quæ fructificant, & per triennium durant, quarum valor 100. aureos excedat. Alia vero quæ hunc valorem non excedunt, vel non durant triennio, & non fructificant, ut vinum, triticum, oleum &c. alienabilia sunt. Etiam grex ovium, vel caprarum, & bibliotheca, & multitudo arborum, etiam non ferentium fructum, bonis immobilibus comparantur. Tract. 15. cap. 7. num. 32. Pecunia quamvis in magna sum-

summa, non computatur in rebus mobilibus pretiosis, nisi sit destinata ad emptionem immobilium, vel mobilium pretiosorum, quæ inter mobilia computantur; utpote proveniens ex re immobili, vel mobili pretiosa vendita, ut renovetur; vel ex redemptione census; vel si sit dos Monialis; vel cum hac destinatione a testatore relicta: non enim sufficit destinatio Prælati. num. 33.

130. Etiam Reliquiæ insignes inter bona inalienabilia computantur. Item Capellæ, earumque dominium: non prohibetur tamen Religiosis vendere, absque solemnitate juris, vsum Capellæ cum sepulchris: nec non res immobiles, aut mobilia pretiosa, quæ vi suarum legum, retinere non possunt. Tract. 15. cap. 7. num. 35. Contractus prohibiti, quibus bona Ecclesiæ, vel Monasterii alienari non possunt, sine solemnitate juris, sunt: quælibet alienatio, sive stricta, scilicet cum translatione domini, ut venditio, donatio, permutatio; sive etiam lata, ut translatio cupiscunque juris, seu domini indirecti, videlicet Feudum, Emphyteusis, locatio ad longum tempus, census perpetuus, vel redimibiles fidei; iuris cedere, pignora reddere, pecunias ad cambium accipere, vel mutuum cum obligatione solvendi damnnum emergens, aut lucrum cessans, oppignorare, aut hypothecæ speciali subijcere. num. 36. 37. Peccat mortaliter Prælati contra iustitiam, Conventus vero contra charitatem, repudiando, seu renunciando sine iustissima causa legatum rei immobilis, vel mobilis pretiosæ: probabilis tamen est, non esse invalidam talem repudiationem, seu renunciationem sine solemnitate juris factam. Poterit tamen licite Prælati transigere super re religiosa, aut quæ sit magni dispendii num. 38. 40.

131. Bona immobilia, vel mobilia pretiosa unius Ecclesiæ, vel Monasterii permutari possunt, absque solemnitate juris, cum rebus alterius Ecclesiæ, vel Monasterii. Immo Regularis unius Conventus possunt alius ejusdem Conventus Religiosis, supposita Prælati licentia, etiam res pretiosas vendere, vel donare

sine solemnitate juris; quod etiam ex consuetudine introducta extenditur ad donationes, vel alias alienationes factas inter duo ejusdem Ordinis Monasteria, cum licentia Prælati, cui ambo subiecta sunt. Tract. 15. cap. 7. num. 42. Res Ecclesiæ, vel Monasterii immobiles ad longum tempus, scilicet ultra triennium locari non possunt, sub gravissimis penis: etiam locatio fiat tantum ad triennium, cum pacto tamen in scriptura expresso, quod transacto triennio, censetur renovata locatio ad aliud, & aliud triennium successive. Poterit tamen post secundum annum renovari locatio. Locatio autem sive expresse, sive implicite facta, ultra triennium omnino invalida est. Possessio quæ semel tantum in biennio, vel triennio fructum dat, potest ad sex vel 9. respective annos locari. num. 44. Probabilis est posse beneficiarium fructus beneficii locare, etiam per tota vita sua n. 46.

132. Causæ pro legitima alienatione sunt 4. Prima, si Ecclesiæ vel Monasterium sit ære alieno gravatum, nec solvere possit nisi alieno: vel adsit necessitas urgens reparationis, quæ aliter fieri non possit. Secunda, Evidens utilitas ex alienatione. Tertia, Incommodum, vel inutilitas rei alienandæ. Quarta, Pietas, vel Religio, cum scilicet necessaria est alienatio pro redemptione captivorum, vel subsidio pauperum, ne frigore vel fame pereant; aut pro tuenda fide, vel Religione; & una ex his causis sufficit. Tract. 15. cap. 7. num. 47. 48. Ad validam, & licitam alienationem rerum Ecclesiæ, vel Monasterii quinque conditiones, pro substantiali solemnitate, assignantur. Prima est tractatus de necessitate, vel utilitate alienationis, habitus inter majorem partem eorum, ad quos bona alienanda spectant. Secunda, Consensus majoris partis Capituli Cathedralis, seu Monasterii. Tertia, Consensus Prælati, qui præcedere debet contractum, aliter nullus erit. Quarta, Subscriptio Clericorum, vel Religiosorum in casibus a iure expressis. Quinta, Consensus Pontificis, & consultatio Sacre Congregationis. num. 49.

133. Alienatio cum conditionibus, & solemnitatibus requisitis facta, sed abique legitima causa, irrita est in utroque foro. Etiam si Prælati exstimaverit legitimam adesse causam, quæ vere non aderat, adhuc verius est irritam esse. In dubio, an ex legitima causa facta sit, si adfuit consensus Superioris, censendum est fuisse legitimam, nisi probetur oppositum. Tract. 15. cap. 7. num. 54. Verius est alienationem cum iusta causa, sed sine solemnitate juris factam, esse nullam in utroque foro. num. 56. Non requiruntur dictæ conditiones, & solemnitates ad alienandum legatum reliquum cum clausula: ut quoties Ecclesia, vel Monasterium voluerit, possit illud alienare, & in proprios usus convertere. num. 57. Legatum relictum cum conditione, ut nunquam alienetur, adhuc potest esse legitima causa cum solemnitate juris alienari. n. 58.

§ III.

Quenam Officia sint Religiosis specialiter interdita.

134. Cum licentia Prælati expressa, vel tacita, seu præsumpta, & interveniente utilitate Monasterii, potest Regularis sive in iudicio Ecclesiastico, extra suum Ordinem, sive in seculari, officium Judicis exercere, & non aliter. Hanc licentiam potest concedere etiam Prælati immediatus. Utilitas autem debet esse notabilis, & sufficit etiam indirecta, & quæ sit solum probabilis. Tract. 15. cap. 7. num. 60, 61. Ex his inferitur, posse Religiosum (exceptis Franciscanis, propter specialem prohibitionem,) cum dictis conditionibus esse Vicarium Episcopi: posse eligi in iudicem arbitrum, & posse esse iudicem assessorem. Possunt etiam Prælati Regulares eligi in iudices conservatores aliarum Religionum, saltem vbi desunt iudices Synodales; nisi per propria statuta eis prohibeatur n. 62. Quod dictum est de officio Judicis, idem proportione servata, dicendum de exercitio Advocati, & Procuratoris coram iudice seculari in Civilibus, & coram Ecclesiastico, tam in Civilibus, quam in

Criminalibus, num. 63. Probabilis est peccare mortaliter Religiosum, etiam si semel tantum talia exerceat, abique prædictis conditionibus in re gravi. Validi tamen sunt actus, quousque irriti declarantur. num. 65, 66.

135. Prohibitum omnino est Religiosis officium Tabellionis, illudque etiam de Superioris licentia suscipere non possunt: susceptumque dimittere tenentur. Non tamen erit invalidum instrumentum confectum a Religioso sine licentia Prælati, si alias tale officium habeat. Tract. 15. cap. 7. num. 67. Cæterum Tabellio, vel Notarius si profiteatur in Religione, potest licite, & valide testamenta, instrumenta, aliasque scripturas conficere in casu necessitatis, si haberi non possit Notarius, & periculum sit in mora. Potest etiam in favorem Fidei tale officium, quod antea habebat exercere. Potest insuper signare instrumenta, quæ in seculo consecratur, vel latius extendere quæ in Protocollo sive in scriptis; hoc enim non est novum conficere, sed factum perficere. Immo potest etiam extra casum necessitatis, Notarius jam professus instrumenta conficere de bonis pertinentibus ad Monasterium, & in quibuscumque causis Fidei, & Sanctæ Inquisitionis. Possunt etiam Religiosi creari & constitui Notarii, qui antea non erant, ad intimanda mandata, privilegia, concessionis, & indulta Apostolica Ordini concessa, quibuscumque personis sive Ecclesiasticis, sive Sæcularibus, etiam Regibus &c. vbi opus fuerit. num. 67, 68.

136. Religiosus quilibet etiam Franciscanus, testis esse potest, tam in iudicio, quam extra iudicium, & quidem in qualibet causa ad suum Conveniunt spectante, & etiam in testamento, in quo Monasterium, vel Religio instituitur hæres, dummodo ipsi Religioso nihil in particulari legatur: & similiter de valore testamenti, vel alterius scripturæ in favorem Conventus. Requiritur tamen licentia Prælati, ut Religiosus coram iudice non suo, licite testimonium ferat; & hanc licentiam dare potest, etiam Prælati immediatus; validum tamen esset testi-

testimonium abique licentia prælitum, Tract. 15. cap. 7. num. 69, 70. In causis criminalibus quando agitur de pœna sanguinis, nequit Religiosus testificari, nec Prælati ad hoc licentiam dare, & multo minus eum cogere, etiam si aliter veritas haberi non possit; nisi in casu, quo ejus testimonium necessarium sit ad liberandum innocentem a morte, vel alio gravi damno, eo quia desint, qui pro eo testificentur; & ad hoc potest cogi a Prælati. Potest quoque Religiosus a Prælati cogi ad testificandum etiam coram iudice seculari, in aliis levibus causis criminalibus, & in causis civilibus, si non adsint qui testificentur possint. At nullus alius, suo Prælati excepto, potest Religiosum cogere ad testificandum, sive coram iudice seculari, sive coram Episcopo, nec ad jurandum. n. 71. In quolibet instrumento, testamento, vel alia scriptura extra iudicium, potest Religiosus, etiam abique licentia esse testis. n. 72.

137. Nequit Religiosus in causis civilibus, neque ut actor, neque ut reus in iudicio comparere; quia non ipse sed Monasterium debet petere, & comparere: & ideo omnia ab eo acta in iudicio, sine debita facultate nulla sunt, exceptis casibus infra adductis. Tract. 15. cap. 7. n. 73. In causis criminalibus pro injuria sibi illata actor esse non potest, nisi de licentia Superioris saltem præsumpta; hoc enim non ad ipsum, nec ad ejus parentes in seculo relictos, sed ad Religionem spectat: sed neque remissio injuriæ ipsi competit, sed Religioni. n. 74. Potest Religiosus sine licentia Prælati esse actor in causis civilibus, nec non in criminalibus, si beneficium habeat saltem annuale; quia tunc sui juris esse censetur, cum liberam habeat beneficii administrationem: Item si ex licentia Prælati sit extra Monasterium pro studiis, vel aliis negotiis: Item pro conservatione, & defensione sui juris sibi ex Professione competentis, v. g. ne a Religione expellatur, ne ei alimenta denegentur; ne præminentis, voce, loco privetur, &c. Potest Prælatum nec

culare in iudicio, si id expediat Monasterio; & potest etiam in his casibus pro se Procuratorem eligere, ut in iudicio compareat; & tenetur Monasterium expensis suppeditare, si peculium non habeat, etiam quando propriam causam agit. n. 75, 76.

138. Tutela triplex est: Testamentaria, quæ scilicet a patre filius in testamento datur: Dativa quando Tutor a iudice assignatur, in defectu testamentarii, aut legitimi; vel si nequit aut nolit esse: Legitima, quæ a lege datur succedentibus ab intestato, quando pater nullum designavit. Primam & secundam tutelam nequeunt Religiosi, etiam de licentia Superioris assumere; immo nec tertiam. Tract. 15. cap. 7. num. 77, 78. Abique licentia Prælati, & majoris partis Capituli, Religiosus pro aliis fideiussor esse non potest; & requiruntur etiam causæ, & solemnitates, pro alienationibus necessariis. n. 79. Abique licentia Prælati, saltem præsumpta, Religiosus rei gravis depositum recipiens, peccat mortaliter, valide tamen recipit. Monasterium autem solvere non tenetur, si depositum etiam cum licentia receptum, culpa depositarii peccat, similiter non tenetur Monasterium solvere si depositum receptum fuit a Prælati, sed sine consensu Monasterii, & ejus culpa peccat, nisi Monasterium inde ditius factum sit; tunc enim quoad hanc partem tenetur. n. 80.

139. Si Prælati Religiosum depositarium negligentem in custodia depositi non puniat, probabile est ipsum Prælatum non teneri, si peccat, sicut non tenetur restituere si omittat, etiam culpabiliter Confessarius penitentem ad restitutionem obligare. Tract. 15. cap. 7. num. 81. Ecclesia vel Monasterium recipiens depositum, si ejus culpa lata, & gravi peccat, tenetur solvere. num. 82. Possunt Religiosi de licentia Prælati saltem tacita, exceptis Franciscanis, esse executores testamentarii. Si sine licentia tale munus suscipiant, executio valet, sed mortaliter peccant. Idem dicendum de quacunque alia ultima volun-

luntate. Hanc licentiam concedere potest Prælatum immediatus. nu. 83. 84. 85. Possunt Religiosi, nisi detur statutum contrarium in Religione, etiam sine licentia fieri commissarii ad condenda testamenta. Et id etiam licet Franciscanis. num. 86.

TRACTATUS X.

*De Beneficiis, & Horis
Canonicis.*

P R O Æ M I U M.

Post tractatum de statu Religioso, & de obligationibus illi annexis convenienter subnectitur tractatus de Beneficiis, & de iis ad quæ beneficiarii specialiter tenentur; nec non de Horis Canonicis, ad quas tum Regulares, tum beneficiarii, omnesque Ecclesiastici in Sacris constituti obligantur.

C A P U T I.

De Beneficiis, Ecclesiasticis

§. I.

De natura, & multiplicitate beneficiorum.

1. Beneficium Ecclesiasticum est jus perpetuum percipiendi fructus, ex bonis Ecclesie, propter aliquod officium spirituale, auctoritate Ecclesie constitutum. Tract. 27. cap. un. n. 1. Ad beneficium Ecclesiasticum sex conditiones requiruntur. Prima. Quod sit fundatum auctoritate Episcopi. Secunda. Quod habeat

quid spiritualitatis annexum. Tertia. Quod conferatur Clerico. Quarta. Quod non conferatur, nisi ab Ecclesiastica persona. Quinta. Quod sit perpetuum. Sexta. Quod collator pure, & sine aliqua conditione alteri, non sibi conferat, nec retineat. n. 4. Beneficium Ecclesiasticum dividitur primo in majus, & minus. Majora beneficia sunt Papatu, Episcopatus, & Abbatia: minora sunt omnia alia. Deinde dividitur in Regulare, & Sæculare. Regulare est, quod solis competit Regularibus, ut Prioratus, Abbatia, Canonicatus regularis, & alique Paræciæ. Sæculare quod solis Clericis conferri debet. Beneficium præsumitur sæculare, nisi probetur esse regulare. Probatur autem regulare, tum ex sui primæ institutione, tum præscriptione 40. annorum pacificæ possessionis. n. 5. 6.

2. Sæcularis est incapax beneficii Regularis. Tract. 28. cap. un. num. 7. Probabilis est, Regulares esse incapaces beneficii sæcularis curati, Canonicis regularibus exceptis. num. 9. Juxta communem sententiam sunt etiam incapaces beneficii sæcularis simplicis. nu. 10. Ex jure communi possunt Regulares ad Episcopatum assumi. nu. 11. Novitius est incapax beneficii Regularis administrationem habentis; alia vero quæ administrationem non habent, ipsis conferri possunt, dummodo se obligent ad Professionem emittendam. Licet non sit licitum sæcularia beneficia Novitiis conferre, ne eis detur ansa revertendi ad sæculum, valide tamen ea obtinere possunt. n. 12. Religiosus potest esse beneficiarii curati adiutor, dummodo ad tempus; & de licentia sui Prælati. Requiritur insuper, etiam Episcopi licentia; & si sit cum jure succedendi, nequit fieri sine dispensatione Summi Pontificis; quæ hodie non conceditur. num. 13.

3. Beneficium, tam Sæculare, quam Regulare dividitur in duplex, & simplex. Duplex est quod habet aliquam solemnem juris qualitatem, scilicet administrationem rerum Ecclesiasticarum juris.

jurisdictionem, vel aliquam localem præminutionem: simplex dicitur quodlibet aliud institutum ad preces Deo solvendas, ad inserviendum Altari, vel alia ministeria Ecclesiastica exercenda, ut Canonicatus, Capellania, & Præbendia. Tract. 28. cap. un. n. 14. Dividitur insuper Beneficium in collativum, electivum, & mixtum. Collativum est quod absoluta, & libera voluntate Superioris confertur: Electivum est quod ab aliquibus confertur, per electionem a Superiore confirmandam: Mixtum est quod designante Patrono, & Episcopo insistentem confertur. n. 15.

4. Patrimoniam ratione cujus quis ad Sacros Ordines promovetur, non est proprie beneficium Ecclesiasticum. Tract. 28. cap. un. n. 17. Dignitates, personatus, & officia, quæ licet jurisdictionem habeant, non tamen conceduntur in titulum, ut Generalatus, Provincialatus, Prioratus, & familia non sunt proprie beneficia Ecclesiastica; quia non habent jus perpetuum percipiendi fructus Ecclesiasticos, sed tantum jus regendi. n. 18. Vicariatus generalis Episcopi non est proprie beneficium, quia est dignitas ad nutum revocabilis. n. 19. Vicarius perpetuus Parochi in Parochiali Ecclesia, Episcopi auctoritate constitutus, est proprie, & strictè beneficium: secus vero Vicarius temporaneus. n. 21. Præbendia de jure divino sunt beneficia Ecclesiastica. n. 23. Si hospitalis locus Religiosus est, & ejus curæ præfectus sit aliquis Clericus, annuus redditus habens, pro sua mercede ex primæ sui institutione & Episcopi designatione, talis Clericus beneficiarius est. n. 25. Capellania privata, auctoritate laici testatoris instituta, non est beneficium Ecclesiasticum; bene vero si auctoritate Episcopi fundata sit. Si aliquoties eam contulit Episcopus, judicandum est fuisse ejus auctoritate fundatam. Non tenetur Capellanus per seipsum celebrare, sed potest per alium lausfacere; ideoque non requiritur quod sit actu sacerdos, nisi fundator id exprimat. n. 29. 30. Si fundator exigat Capellanum qui

fit actu Sacerdos, probabilis est non posse Episcopum quamvis pro una vice tantum, eam non Sacerdoti conferre. n. 33.

5. Ecclesiastica pensio est jus percipiendi fructus aliquos ex alieno beneficio alicui, sive ad tempus, sive ad vitam concessum. Pensio quadruplex est. Prima. Quæ in titulum beneficii erigitur, & dicitur Præbendium, seu beneficium simplex: Secunda. Quæ confertur laico, ob beneficium aliquod temporale Ecclesie collatum, ut quæ Regibus Ecclesiam defendentibus confertur; aut quæ confertur æconomis Pontificum, vel Cardinalium, vel aliis secularibus; aut etiam Ecclesiasticis pro negotiis mere temporalibus ut Procuratoribus, Advocatis; vel Ministris Ecclesie servitibus in cantu, pulsatione Organi, apertione portarum, &c. & hæc dicitur Pensio laicalis. Tertia. Quæ fundatur in titulo mere spirituali, petique ex parte subiecti Ordinem, & ad functiones spirituales ordinatur, qualis est quæ confertur coadjutori Episcopi, vel Parochi senio, vel infirmitate cuncti; & hæc dicitur Clericalis. Quarta. Quæ licet ex parte subiecti petat Ordinem, tamen non petit Officium spirituale, sed datur titulo temporali, & ad munus omnino temporale ordinatur; qualis est quæ datur Clerico pauperi, ut alatur, vel Parocho seni, & impotenti, aut quæ conceditur beneficium resignanti, vel litem circa beneficium cedenti; & hæc dicitur mixta. Tract. 28. cap. 1. nu. 36.

6. Sola pensio Ecclesiastica erecta in titulum beneficii, quæ dicitur Præbendium, seu beneficium simplex, est vere, & proprie beneficium. Tract. 28. cap. un. n. 36. 38. Solus summus Pontifex potest etiam sine causa, & sine consensu beneficii beneficium pensionem imponere; hoc tamen regulariter non facit. Pensio autem a summo Pontifice beneficium imposita, sine causa, valida quidem esset, sed illicita. n. 40. 42. Potest Episcopus ex iusta causa pensiones beneficiariis imponere; quia hoc non est gravare beneficium; led beneficium. n. 43.